IOANNIS MEVRSI

PANATHENÆA.

SIVE

DE

MINERVÆ

Gemino illo apud Athenienses festo,

Liber Singularis.

CAPVT I.

Panathenæa, festum Mineruæ apud Athenienses maximum.

MINERVÆ festum apud Athenienses multò celeberrimum fuisse Panathenæa, res est omnibus satis nota. Sed quo modo celebrari illud solitum, non æquè omnibus constat. Mihi visum, quæ de eo obseruaui, illustrandæ Antiquitati, hic proponere. Mentio eius apud Hesychium. Παναθήναια. ἡ τῶν Ἀθηναίων ἑορτὴ, καὶ ἀγών. Et apud Eustathium, ad Iliad. β'. Ἑορτὴ γὰρ κοινὴ πάντων Βοιωτῶν· ὥσπερ καὶ ἡ τῶν Ἰώνων, Πανιώνια. ὅμοιον καὶ τὸ, Παναθήναια. Et alibi. Ὁμοίως

δὲ τύπε τοῖς Πανιωνίοις καὶ τὰ Παναθήναια ἑορτή. Mineruæ autem, quod iam dixi, sacrum fuisse, multi nos Auctores docent. Pollux lib. I. cap. I. sect. XXXII. vbi festa quædam recenset. Μεσῶν, Μεσεῖα. Ἑρμῆ, Ἕρμαια. Διὸς, Διάσια, καὶ Πάνδια. Ἀθηνᾶς, Παναθήναια. Scholiastes Euripidis Hecubâ. Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς. Theodoretus Therapeut. VII. Τέτοις καὶ ἑορτὰς, καὶ πανηγύρεις, καὶ δημοθοινίας, ἐπιτελεῖν ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάςωρ ἐνομοθέτησε, Πάνδια μὲν, καὶ Διάσια, τῷ Διΐ. καὶ Ἥραια, τῇ Ἥρᾳ· καὶ τῇ Ἀθηνᾷ, Παναθήναια. Libanius Declam. XIV. Μηδ' ὁράσθω τοίνυν ὁ βωμὸς, μέχρις ἂν θεραπεύηται Παναθηναίοις μὲν Ἀθηνᾶ, μυςηρίοις δὲ Δημήτηρ. Erat verò longè maximum. Scholiastes Aristophanis Νεφέλαις. Παναθήναια ἑορτὴν παρ' Ἀθηναίοις εἶναι μεγίςην ᾄδεται.

CAP. II.

Priùs Ἀθήναια, *inde* Παναθήναια *dicta.*

AC primitùs quidem Ἀθήναια dicebantur. Harpocration, vbi de ijs agit. Πρὸ τέτε δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ἴςρος ἐν τρίτη τῶν Ἀττικῶν. Suidas. Τὰ δὲ Παναθήναια, πρότερον Ἀθήναια ἐκαλεῖτο. Pausanias in Arcadicis. Οὐχὶ ἔτι δὲ τὰ παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι. τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν. Inuenioque eo nomine apud Scholiasten Aristophanis Auibus. Τῇ Ἀθηνᾷ, Πολιάδι ἔσῃ; πέ-

πλε

πλὲ ἐγίνετο παμποίκιλος, ὃν ἀνέφερον ἐν τῇ πομπῇ τῶν Ἀθηναίων. Inde Παναθήναια dicta, postquam Theseus omnes Atticæ inhabitatores è vicis in vnas Athenas reduxisset. Pausanias, loco iam citato. Παναθήναια δὲ κληθῆναι φασὶν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη, συνειλεγμένων εἰς μίαν ἁπάντων πόλιν. Vel quod Atticæ populi ea celebrarent. Plutarchus Theseo. Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. Scholiastes Euripidis Hecubâ. Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς, πάντων Ἀθηναίων συνιόντων ἐκεῖσε.

CAP. III.

Antiqua valdè; quippe ab Erichthonio primùm, Orpheove, instituta: atque à Theseo renouata.

ERant verò antiquissima; adeoque cum Eleusinijs certabant. Aristides in Panathenaicâ. Ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες. ὧν μὲν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν Παναθηναίων. εἰ δὲ βούλει, ὁ τῶν Ἐλευσινίων. Origo eorum ante Thesei tempora fuit; &, cùm priùs Ἀθήναια dicerentur, ab eo Παναθήναια sunt appellata, vt vidimus in citatis iam Pausaniæ verbis. De Theseo auctore, est Plutarchi quoque locus, in eius vitâ. Τὸ ἄστυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε· καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. Sunt qui ad Erichthonium ea referant. Harpocration. Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν (τὰ Παναθήναια)

θήναια) Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου, καθὰ φασὶν Ἑλλάνικός τε καὶ Ἀνδροτίων, ἑκάτερος ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος. Alij Orpheum auctorem faciunt. Theodoretus Therapeut. I. Καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ἐλευσινίων, τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης, εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν. Sed distinguendum est,sciendumque; duplicem festi institutionem esse : ac primæ auctorem Erichthonium , siue Orpheum ; à quo nempe Ἀθήναια dicta: alterius Theseum,qui Παναθήναια illa appellauerit. Video distinctionem apud Suidam. Παναθήναια, ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ἐπὶ Θησέως γινομένῳ συνοικισμῷ. πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου, τοῦ Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως, συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. Quæ totidem verbis Apostolius, Cent. XV. Prouerb. LXXX. Prioris institutionis, quæ ab Erichthonio facta, meminit etiam Apollodorus lib. III. Ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος ὑπ' αὐτῆς Ἀθηνᾶς, ἐκβαλὼν Ἀμφικτύονα, ἐβασίλευσεν Ἀθηνῶν. καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο, καὶ τῶν Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο. Eadem mox refert Ægeum, Thesei patrem, celebrasse. Αὐτὸς δὲ (ὁ Αἰγεὺς) ἧκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει. Vocat ille vtrobique, pro sui æui appellatione, Παναθήναια, quæ tunc temporis Ἀθήναια indigetata. Idem facit Diodorus Siculus Biblioth. lib. IV, Τῶν δὲ Μίνωος υἱῶν Ἀνδρόγεως μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε, Παναθηναίων συντελουμένων, Αἰγέως βασιλεύοντος.

CAP. IV.

Nonnullis eadem cum Quinquatribus Romanorum existimata, itaq; nomina apud Auctores commutata.

SVnt qui eadem cum Quinquatribus Romanorum existimauerint, aut Quinquatria eadem cum Panathenæis. Itaque est apud Charisium lib. I. *Quinquatrus.* Παναθήναια. Et Auctores, qui res Romanas Græcè scribunt, Quinquatrus vocant Παναθήναια. Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. II. Ἑορτὴ δ' αὐτῶν ἐστι περὶ τὰ Παναθήναια, τῷ καλουμένῳ Μαρτίῳ μηνί. Et Xiphilinus in Domitiano. Καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἑόρταζε. Et Athenæus, rem quæ Romæ gesta narrans, lib. III. Τῆς γὰρ τῶν Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης, δι' ἣν καὶ τὰ δικαστήρια οὐ συνάγεται, ἔφη, γενέθλιός ἐστι τῆς Ἀλέκτορος Ἀθηνᾶς. Vt autem Græci Quinquatrus Romanorum Παναθήναια interpretantur, ita τὰ Παναθήναια Atheniensium vicissim *Quinquatrus* vertit Plinius, lib. XXXV. cap. XI. *Simus (pinxit) iuuenem requiescentem in officina fullonis, Quinquatrus celebrantem.*

CAP. V.

Per quot dies celebrari ea solita.

INitio vno tantùm die celebrata. Apparet ex Thucydidis loco, lib. VI. Περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας ἀθρόους γενέσθαι. Posteà in plures prolatum. Scholiastes Euripidis Hecubâ. Τὰ Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς, πάντων Ἀθηναίων συνιόντων ἐκεῖσε, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, πολλὰς ἡμέρας πανηγυριζόντων. Idque factum ornatus, & magnificentiæ, causâ. Aristidis id verba indicant in Panathenaicâ. Ἐνθυμητέον καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ συμβόλου τῶν λόγων, ὅτι οὐδὲ τὴν τῶν Παναθηναίων αὐτῶν ἑορτὴν ἡμῖν μιᾶς ἡμέρας ἀνάγκη μετρεῖν. ἀλλ', εἴ γε καὶ τοῦτο δεῖ, προσθεῖναι καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν, κόσμου χάριν, καὶ σεμνότητος, ἀνεῖται. Et ecce prima eorum nox commemoratur apud Epictetum Ἀπομνημονεύμασι, in Eclogis Stobæi, quas penes me ἀνεκδότους habeo. Ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεεν ὁ Ἵππαρχος αὖ δὰ οἱ ἐπιστάντα μέγαν, καὶ εὐειδέα, αἰνίττεσθαι τάδε τὰ ἔπεα. Sed corrupta illic verba ita restituo. ἐ. ὁ Ἵππαρχος ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μ.

CAP.

CAP. VI.

Ac duplicia quidem erant; illa, Minora: iſta, Maiora. Scholiaſtæ Ariſtophanis ingens error indicatus. Quo item vtraq; tempore acta. Circa minora aperiri mare cœptum.

SCiendum verò duplicia fuiſſe; illa Minora, iſta Maiora appellata. Atque illa quotannis, iſta quinto demum anno agitata. Suidas. Διπλᾶ Παναθήναια ἤγετο Ἀθήνησι· τὰ μὲν, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. τὰ δὲ, διὰ πενταετηρίδος. ἃ καὶ μεγάλα ἐκάλουν. Quæ totidem verbis ante illum Harpocration dixerat, quem transſcripſit, vti ſolet. Anonymus in Argumento Midianæ Minora tertio quoque anno, non quotannis, celebrari conſueuiſſe nobis refert. Διάφοροι παρὰ Ἀθηναίοις ἤγοντο ἑορταὶ, ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθήναια. ἅπερ ἦν διπλᾶ, μικρά τε, καὶ μεγάλα. καὶ τὰ μὲν μεγάλα, κατὰ πενταετηρίδα ἐτελεῖτο· τὰ δὲ μικρὰ, κατὰ τριετηρίδα. Magnus error eſt Scholiaſtæ Ariſtophanis, qui Minora vlla fuiſſe negat. Ad iſtum enim Pace verſum,

Καὶ σοὶ τὰ μεγάλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν.

Ita notat. Οὐχ ὡς καὶ μικρῶν ὄντων τοῦτο φησὶν, ἀλλ' αὔξων τὴν χάριν. Minora celebrata poſtridie Bendideorum; id eſt, XX menſis Thargelionis: maiora verò, Hecatombæonis XXIII. Proclus in Timæum Platonis, Comment. I. Εἰ δὲ, ὡς ἑξῆς ῥηθήσεται, καὶ Παναθηναίων ὄντων ὑπόκειται, δῆλον ὅτι τὰ

μικρὰ

μικρὰ ἦν ταῦτα τὰ Παναθήναια. τὰ γὰρ μεγάλα, τοῦ Ἑκατομβαιῶνος ἤγετο τρίτη ἀπιόντος. Dixi minora postridie Bendideorum acta; vnde est, quod posteà ait, & hæc, & ista, circa idem tempus fuisse. Ἐν τοῖς μικροῖς, (Παναθηναίοις) ταῦτα γὰρ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐπετελεῖτο τοῖς Βενδιδείοις. Et alibi iterum, satis clarè. Ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια (τὰ μικρὰ) τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταί. καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. Vbi obserua, vigesimum diem Bendideis assignari ab Aristotele illo Rhodio; cùm alij dicant, decimo nono celebrari consueuisse. Verùm leue id discrimen, & vnius tantùm diei. Et Minoribus aperiri quidam mare, ac nauigari iterum cœptum, nobis tradunt; quod alij Dionysijs vernis adscribebant. Est in hanc rem iste Aristotelis locus, Περὶ ζώων γενέσεως, lib. I. Ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. Nam de Minoribus capi debet; cùm Maiora Hecatombæone, siue Iunio, agerentur. Ac de istis κατ' ἐξοχὴν loqui censendus Maximus Tyrius, cùm à vere ea separat, quo minora peragebantur, Dissert. XXXIII. Καὶ διέλαχον αὐτοῖς ὧραι τὰς ἡδονάς. ἦρος, Διονύσια. μετοπώρου, μυστήρια. καὶ ἄλλην ὥραν ἔχει ἄλλος θεός. Παναθήναια, Σκιῤῥοφόρια, Ἅλωα, Ἀπατούρια.

CAP.

CAP. VII.

Et certamen in minoribus celebratum; idq́ triplex. Eius cura Athlothetis demandata. Illi quot, & vnde lecti; ac quàm diu munere isto fungi soliti.

IN minoribus certamen erat. Hesychius. Παναθήναια, ἡ τῶν Ἀθηναίων ἑορτὴ, καὶ ἀγών. Apollodorus lib. III. Ἧκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει. Aristides in Panathenaicâ. Ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες. καὶ μὴν τούτων πρεσβύτατος, ὁ τῶν Παναθηναίων. Pausanias Arcadicis. Τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν, Παναθήναια δὲ κληθῆναι φασὶν ἐπὶ Θησέως. Et quidem triplex; equestre vnum, alterum gymnicum, tertium musicum: eorumque omnium cura Athlothetis demandata, qui decem lecti, ex vnaquâque tribu singuli, annos quatuor magistratu fungebantur. Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. VI. Ἀθλοθέται δέκα μέν εἰσιν, εἷς κατὰ φυλήν. δοκιμασθέντες δὲ, ἄρχουσι τέσσαρα ἔτη, ἐπὶ τῷ διαθεῖναι τὰ Παναθήναια, τόν τε μουσικὸν, καὶ τὸν γυμνικὸν, καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. Ac musici quidem certaminis, gymnicique, meminit Aristides in Panathenaïcâ. Συνισμὲν δὲ δήπου καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικὸν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸν τῆς μουσικῆς, οὐκ εἰπάσαις ὁρ[illegible]ζόμενον, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῃ πλεονάζοντα, ὡς εἰπεῖν, τῇ ἡμέρᾳ.

CAPUT VIII.

Primò equestre agitatum, idq́; lampadarium erat. Ab initio pedestre; quando equestre esse cœperit: Quonam tempore, item vbi, celebratum.

PRimo die equestre actum. Obseruo apud Platonem De Rep. lib. I. Dicit enim pridie se descendisse in Piræeum, ad spectanda Bendidéa. Ecce verba. κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι. Ac non multò post subiungit. λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. Iam supra dixi, Panathenæa hæc minora postridie Bendidéorum inchoata; itaque clarum est, primum certamen equestre fuisse. Meminit eius Plutarchus Phocione. τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίζεσθαι, ἀποβάτην ἀφῆκεν, οὐχὶ τῆς νίκης ὀρεγόμενος, ἀλλ' ὅπως ἐπιμεληθεὶς καὶ ἀσκήσας τὸ σῶμα, βελτίων ἔσοιτο. Et Xenophon in Symposio. Ἦν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. Item Athenæus lib. IV. Νικήσαντος γοῦν αὐτοῦ ἵπποις Παναθηναίοις, &c. Eratque idem lampadarium. Plato, loco iam citato. λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. Lampade autem Panathenæis certatum fuisse, quemadmodum Prometheis, & Vulcanalibus, docet Aristophanis Scholiastes Ranis. Ὁ τῆς λαμπάδος ἀγὼν τρίτον Ἀθήνησιν ἤγετο. κατὰ τὰ Προμήθεια, Ἡφαίστεια, Παναθήναια. Et Harpo-

Harpocration. Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος, Παναθηναίοις, Ἡφαιστείοις, καὶ Προμηθείοις. Et obſeruare eſt apud Ariſtophanem Ranis, vbi ita Bacchus loquitur.

Μὰ Δί' οὐ δῆθ' ὡς ἀπεφαυάνθην,
Παναθηναίοισι γελῶν, ὅτε δὴ
Βραδὺς ἄνθρωπός τις ἔθει, κύψας,
Λευκὸς, πίων, ὑπολειπόμενος,
Καὶ δεινὰ ποιῶν. κᾆθ' οἱ Κεραμῆς
Ἐν ταῖσι πύλαις παίουσ' αὐτοῦ
Γαστέρα, πλευρὰς, λαγόνας, πυγήν.
Ὁ δὲ τυπτόμενος ταῖσι πλατείαις
Ὑποπερδόμενος,
Φυσῶν τὴν λαμπάδ' ἔφευγε.

Primitùs pedeſtre erat; moxq́ue equeſtre eſſe cœpit, ætate Platonis. Ipſe indicat, loco ſemel iterumq́ue citato, De Rep. lib. 1. Ἆρά γε, ἦ δ' ὅς, οὐδ' ἴστε ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ; ἀφ' ἵππων; ἦν δ' ἐγώ. καινόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις, ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; οὕτως, ἔφη ὁ Πολέμαρχος. καὶ πρός γε, παννυχίδα ποιήσουσιν. Vbi illud item obſerua; veſperi factum, & noctem quoque inſequentem pervigileo tranſigi itidem incœpiſſe. Locus verò certaminis huius Ceramicus. Suidas. Κεραμεικὸς, τόπος τῆς Ἀττικῆς ὑψηλὸς, ὅπου ἐπετέλουν Ἀθηναῖοι κατ' ἔτος λαμπάδος ἀγῶνα. Etymologici Auctor. Κεραμεικὸς, τόπος Ἀθήνησιν, ὅπου ἐπετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατ' ἐνιαυτὸν λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. Plura de eo in Ope-

re nostro *De Festis Græcorum*, propediem cum bono Deo publicando.

CAP. IX.

Posthæc gymnicum, etiam Εὐανδρίας ἀγὼν *dictum. Quando institutum, & vbi agitatum. Stadium illi suum fuit,* Παναθηναϊκὸν *nuncupatum; à Lycurgo primùm structum, & ab Herode renouatum.*

POst equestre puto gymnicum celebratum; & coniecturam inde facio, quod hoc musico multo antiquius. Mentio eius est in Senatusconsulto Atheniensium, quod exstat inter Hippocratis opera. Ἀναγορεῦσαι τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. Meminit quoque Zenobius Cent. IV. Prouerb. VI. Ὑπὸ τῶν Ἀθήνησι νέων ἀνῃρέθη διὰ φθόνον, ἐν τοῖς Παναθηναίοις νικήσας πένταθλον. Et Athenæus lib. V. Αὐτόλυκος Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. Atque hoc ipsum esse censeo, quod alijs Εὐανδρίας ἀγὼν appellatum. Ecce apud Harpocrationem. Παναθηναίοις Εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. Et apud Andocidem Orat. in Alcibiadem. Καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ, λαμπάδι, τραγῳδοῖς. Institutum verò illud Olymp. LIII. anno III. Eusebius in Chronico ad istud tempus disertè notat. Ὁ τῶν Παναθηναίων γυμνικὸς ἀγὼν ἤχθη. Anonymus in Descript. Olymp.

Olymp. quadriennio ſeriùs memorat, in Olympiadis nempe LIV anno III. quo Hippoclides prætor erat. ΙΠΠΟΚΛΕΙΔΗΣ. Παναθήναια ἐτέθη. Nam de gymnici certaminis in Panathenæis inſtitutione verba illa capienda, aliàs falſa. Celebrari autem ſolitum iuxta paludem, quæ inter Piræeum, & Tetracomum Herculis, ſita; in Echelidarum populo. Stephanus. Ἐχελίδαι. δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἐχέλου ἥρωος. οὗτος δὲ ἀπὸ ἕλους τόπου, μεταξὺ ὄντος τοῦ Πειραιέως, καὶ τοῦ Τετρακώμου Ἡρακλείου. ἐν ᾧ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν τοῖς Παναθηναίοις. Ita enim locum illum emendandum monui nuper, libro *De Pop. Attica*. Et proprium illis ſtadium erat, Παναθηναϊκὸν appellatum, ad Iliſſum flumen, prope Ardettum. Heſychius. Ἄρδηττος, τόπος περὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἐγγὺς τοῦ Παναθηναϊκοῦ σταδίου. Et Harpocration. Ἄρδηττος, τόπος Ἀθήνησιν, ὑπὲρ τὸ στάδιον τὸ Παναθηναϊκόν. Philo Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Συναγαγὼν ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ (σταδίῳ) τοὺς συμμάχους, ὀρνίθων ἀγῶνα ἐπέδειξε. Philoſtratus in Herode, Sophiſt. lib. II. Τὸ οὖν στάδιον ἔφασαν ὠνομάσθαι Παναθηναϊκόν. Exſtructum id à Lycurgo Rhetore. Plutarchus in eius vitâ. Καὶ τῷ σταδίῳ τῷ Παναθηναϊκῷ τὴν κρηπῖδα περιέθηκεν, ἐξεργασάμενος τοῦτό τι, καὶ τὴν χαράδραν ὁμαλὴν ποιήσας. Sed mox, temporis tractu collapſum, reſtaurauit ex albo lapide Herodes ſophiſta, ad eam adeò magnificentiam, quæ cætera theatra longè antecelleret. Philoſtratus de eo, loco iam citato. Στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν

Παναθηναίων, καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἥξοντας, καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀγωνιουμένους, ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκοῦ λίθου. καὶ εἰπὼν ταῦτα, τὸ στάδιον, τὸ ὑπὲρ τὸν Ἰλισσὸν, εἴσω τεττάρων ἐτῶν ἐπετέλεσεν, ἔργον ξυνθεὶς ὑπὲρ πάντα τὰ θαυμάσια. οὐδὲν γὰρ θέατρον αὐτῷ ἁμιλλᾶται. Hoc ipsum est, de quo Pausanias Atticis agit. Διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισσὸν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. Τὸ δὲ, ἀκούσασι μὲν οὐχ ὁμοίως ἐπαγωγὸν, θαῦμα δ' ἰδοῦσι, στάδιόν ἐστι λευκοῦ λίθου· μέγεθος δὲ αὐτοῦ τῇδε ἄν τις μάλιστα τεκμαίροιτο. ἄνωθεν ὄρος ὑπὲρ τοῦ Εἰλισσὸν ἀρχόμενον ἐκ μηνοειδοῦς καθήκει τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὴν ὄχθην εὐθύ τε καὶ διπλοῦν. τοῦτο ἀνὴρ Ἀθηναῖος Ἡρώδης ᾠκοδόμησε, καὶ οἱ τὸ πολὺ τῆς λιθοτομίας τῆς Πεντέλησιν ἐς τὴν οἰκοδομὴν ἀνηλώθη.

CAP. X.

Inde musicum, à quo institutum, & quo agi solitum. Concentus in eo tibicinum, Συναυλία *indigetatus; & insignis eâ de re Hesychij locus restitutus. Citharâ quis primus victor, & quando, fuerit. Laudes quoq; aliquorum decantatæ, & chorus circularis datus; ac quatuor fabulis à poëtis concertatum, quæ coniunctio* Τετραλογία *appellata.*

NVnc ad musicum veniamus, cuius mentio apud Plutarchum, lib. De Musicâ. Τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ, ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶ-

νος

ὑ©. Ariſtides in Panathenaicâ, loco iam citato. Σωώισμϑν μϑὺ ἢ δή πυ ϗὶ τ ἀγῶνα τ γυμνικὸν, ϗὶ ἔτι μᾶλλον τ τ μυσικῆς, ὀυκ εἰσάπαξ ὁριζομϑρον. Inſtitutum autem à Pericle, & in Odéo agi ſolitum. Plutarchus in eius Vitâ. φιλοτιμύμϑρ© ἢ ὁ Περικλῆς τότε πρῶτον ἐψηφίσατο μυσικῆς ἀγῶνα τοῖς Παναθηναίοις ἄγεσθαι. ϗὶ διέταξεν αὐτὸς, ἀθλοθέτης αἱρεθεὶς, καθότι χρὴ τὺς αὐλιζομϑρους αὐλεῖν, ἢ ᾄδειν, ἢ κιθαρίζειν. ἐθεῶντο ἢ ϗὶ τότε, ϗὶ τ ἄλλον χρόνον, ἐν Ω᾽δείῳ τὺς μυσικὺς ἀγῶνας. Ac tibicinum concentus erat, Συναυλία appellatus. Pollux lib. IV. cap. X. Α᾽θήνησι ἢ ϗὶ Συναυλία τις ἐκαλεῖτο, συμφωνία τις αὐλητῶν, ἐν Παναθηναίοις συναυλύντων. Neque alio reſpexit Euſtathius ad Iliad. Φ. Ἀπὸ τοῦ αὐλοῦ ϗὶ Συναυλία ἐκαλεῖτο, ὁ τ συμφωνίας ἀγὼν ἀμοιβαῖ© αὐλοῦ ϗ ῥυθμῦ, χωρὶς λόγυ τοῦ προσμελῳδῦντ©. Meminit Sophocles Acriſio, apud Heſychium; cuius locus inſigniter luxatus, & corruptus. Βίδλω, εἶδ© κρύματ©. Σοφοκλῆς Α᾽κρισίῳ· Βηρσαβεέ, μύρω Σολομῶντ©. ϗὶ τόπ© πεὶ τὼ ὀρεινὼ τ Παλαιςίνης, ὡς ἐπιψάλλειν βίδηνται ✱ ϗὶ ξυναυλίαν, ἄλλοι βίθων. Ecce, vox Βηρσαβεέ hîc loco non ſuo collocata; & tranſpoſitus verſus Sophoclis. Ita repono, & emendo. Βίδλω, εἶδ© κρύματ©. Σοφοκλῆς Α᾽κρισίῳ.

Ὡς ἐπιψάλλειν βίδλω τε, ϗ ξυναυλίαν.

Α᾽λλοι, βίθων. Βηρσαβεέ, μήτηρ Σολομῶντος. ὁ τόπος π. τ. ὁ. τ. π. Et citharâ quidem primus hîc vicit Phrynis Mitylenæus, Olymp. LXXV. anno I. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtud tempus. Φρύνις κιθαρ-

δὸς

ῥωδὸς Μιτυληναῖος, πρῶτος δόξας κιθαρῳδῆσαι παρ' Ἀθηναίοις, Παναθήναια ἐνίκησε. Suidas. Φρῦνις, κιθαρῳδὸς Μιτυληναῖος. ὃς ἐδόκει πρῶτος κιθαρίσαι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ νικῆσαι Παναθήναια. In hoc certamine decantatæ laudes Aristogitonis, Harmodij, & Thrasybuli; quorum vltimus, Phylâ progressus, Athenas à triginta tyrannis liberauit. Philostratus De Vitâ Apollonij, lib. VII. cap. II. Ἀπήει δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ Παναθήναια τὰ Ἀττικὰ, ἐφ' οἷς Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων ᾄδονται. καὶ τὸ ἀπὸ Φυλῆς ἔργον, ὃ καὶ ὁμοῦ τριάκοντα τυράννους εἷλε. Chorus quoque circularis exhibebatur. Lysias in Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Καὶ ἐπὶ Διοκλέους (ἄρχοντος) Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ (ἀνήλωσα) δραχμὰς τριακοσίας. Itaque hic erant etiam χορηγοὶ, qui sumptus suppeditarent. Meminit eorum Xenophon De Republ. Athen. Πρὸς δὲ τούτοις, χορηγοῖς διαδικάσαι εἰς Διονύσια, καὶ Θαργήλια, καὶ Παναθήναια. Poëtæ etiam concertabant quatuor dramatibus simul, quorum quartum satyricum esset; eaq; fabularum coniunctio Τετραλογία vocitata. Diogenes Laërtius in Platone, lib. III. Τετράσι δράμασιν ἠγωνίζοντο Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. ὧν τὸ τέταρτον ἦν Σατυρικόν. τὰ δὲ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο Τετραλογία. Quâ de re, si tanti est, vide, quæ notaui nuper in fine Sophoclis.

CAP. XI.

His certaminibus qui viciſſent, ſodalibus ſuis epulum dabant; ipſi verò, coronam accipiebant, eamque oleaginam: & oleum etiam, ex ijs oleis, quæ Μορίαι *appellatæ, & iuxta Academiam erant. Alij collatum fuiſſe dicunt. Erat autem vrceus totus; & exportare Atticâ licebat, quod aliàs vetitum.*

QVi certaminum horum aliquo victore ſſet is, cum quibus certaſſet, ſodalibus epulum dabat. Obſeruare eſt apud Athenæum lib. IV. Ἦν δὲ ὁ Φῶκος καὶ φιλοπότης. νικήσαντος γοῦν αὐτοῦ ἵπποις Παναθηναίοις, ὡς ὁ πατὴρ εἱστία τοὺς ἑταίρους, συνελθόντων εἰς τὸ δεῖπνον, λαμπρὰ μὲν ἦν ἡ παρασκευή, καὶ τοῖς εἰσιοῦσι προσεφέροντο ποδονιπτῆρες οἴνου δι᾽ ἀρωμάτων. Et lib. V. Καλλίας μὲν γὰρ συνάγει τὸ συμπόσιον, ἐπειδήπερ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Αὐτόλυκος Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. Ipſe verò præmij loco coronam accipiebat. Indicant illa Philoſtraſti in Herode, Sophiſt. lib. II. Στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν Παναθηναίων, καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἥξοντας, καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀγωνιουμένους, ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκοῦ λίθου. Item Athenæi, iam citata. Αὐτόλυκος Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. Et quidem oleaginam. Suidas in Παναθήναια. Καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ. Atque hoc eſt, quod Plinius ait, lib. XV. cap. IV. *Athenæ quoque victores oleâ coronant.* Deinde oleum quoque illi

donabatur, ex istis oleis, quæ Μορίαι nuncupatæ. Scholiastes Sophoclis Oed. Col. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίου τοῦ ἐκ μορίων γινομένου δίδοσθαι φησί. Lucianus De Gymn. vbi certaminum præmia enarrat. Τοῖς Παναθηναίοις τὸ ἔλαιον τὸ ἐκ μορίας. Erant verò illæ iuxta Academiam. Aristophanis Interpres Nubibus. Ἀλλ᾽ εἰς Ἀκαδημίαν. Ἐνταῦθα γὰρ διέτριβον οἱ φιλόσοφοι. ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον, ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς, καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου· περὶ αὐτὸν δὲ ἦσαν αἱ ὄντως ἱεραὶ ἐλαῖαι τοῦ θεοῦ, αἱ καλοῦνται μορίαι. Nonnulli tradunt, ad hoc oleum contribuisse, quicunq; oleas haberent. Idem Scholiastes ibidem. Μορίαι ἐλαῖαι ἐκλήθησαν, διὰ τὸ πάντα ἄνθρωπον, κεκτημένον ἐλαίας, ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθήναια. Et hoc est, quod *Panathenaicum* vocat Plinius lib. XIII. cap. I. *Panathenaicum suum (oleum) Athenæ perseueranter obtinuere.* Et accipiebant vrceum totum. Scholiastes Aristophanis. Κέραμον ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. Etiam Pindari, Nemeonic. Od, X. Διὰ δὲ τούτου σημαίνει τοὺς τὰ Παναθήναια νενικηκότας. τίθενται γὰρ Παναθηναίοις ἐν ἐπάθλου τάξει ὑδρίαι πλήρεις ἐλαίου. Mox iterum. Τοῖς ἀθληταῖς, τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι, δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης. Et, cùm oleum Athenis exportare nemini vllum omninò liceret, his tamen honoris ergo illud suum, quod præmij vicem accepissent, exportare concedebatur. Idem Scholiastes, loco citato. Οὐκ ἔστι δὲ ἐξαγωγὴ ἐλαίου ἐξ Ἀθηνῶν, εἰ μὴ τοῖς νικῶσι.

CAP.

CAP. XII.

Pyrrichistæ quoque dati, ijq́; pueri inuestes.
Et cur id factum.

PRæter tria hæc certamina etiam pyrrichistæ dati. Lysias Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις, καὶ ἑπτὰ μνᾶς. Vbi obserua, quod pyrrichistas darent Panathenæis minoribus iuuenes inuestes, vt Latini illi veteres loquebantur. Idem videre est apud Aristophanem Nubibus, vbi ita ille de pueris loquitur.

Σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι,
Ὥστε μ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτοὺς,
Τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων, ἀμελῇ τῆς Τριτογενείας.

Ad quem locum Scholiastes. Ὠρχοῦντο γὰρ ἐν ὅπλοις ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ παῖδες. Causa autem, cur pyrrichistæ dati fuerint, quantum conijcio, quia Minerua, cui sacra Panathenæa, profligatis Titanibus, pyrricham saltasse crederetur. Dionysius Halicarnasseus lib. VII. Ἑλληνικὸν δὲ ἄρα καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις, ἡ καλουμένη πυῤῥίχη. εἴτε Ἀθηνᾶς πρώτης ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύειν καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις τἀπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης. εἴτε παλαίτα-

τον ἐξ Κουρήτων αὐτὴν κατασησαμένων. Et Dioſcuris quoque eius modulos tibiâ accinuit. Scholiaſtes Pindari Pythionic. Od. II. Ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησὶ τοῖς Διοσκούροις τὸν ἔνοπλον νόμον ἐπαυλῆσαι. Hoc eſt, quod Ariſtides ait, Orat. in Mineruam. Διόσκουροι δ᾽ ὑπ᾽ αὐτῇ (τῇ Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσι.

CAP. XIII.

Et gladiatores; idq́; quando initium ſumpſerit, & quàm diu obtinuerit.

POſtea etiam, cùm nimirum Romano imperio Athenæ ſubeſſent, Romanorum item more gladiatores dari cœpti, in theatro, quod in arce, magno pretio ad id empti, homines nequam, mangones, ſcortatores, adulteri, vecticularij, ſectores Zonarij, alijq́ue eius generis. Idq́ue ad tempora Apollonij Tyanei vſitatum, qui aboleuit. Philoſtratus narrat in eius Vitâ, lib. IV. cap. VII. Διωρθοῦτο δὲ κἀκεῖνο Ἀθήνησιν. Οἱ Ἀθηναῖοι ξυνιόντες εἰς τὸ θέατρον τὸ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει, προσεῖχον σφαγαῖς ἀνθρώπων, καὶ ἐσπουδάζετο ταῦτα ἐκεῖ μᾶλλον, ἢ ἐν Κορίνθῳ νῦν. χρημάτων τε μεγάλων ἐωνημένοι ἤγοντο μοιχοί, καὶ ἀνδραποδισταί, καὶ πόρνοι, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ βαλαντιοτόμοι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔθνη. οἱ δὲ ὥπλιζον αὐτοὺς, καὶ ἐκέλευεν ξυμπίπτειν. ἐλάβετο δὲ καὶ τούτων ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ καλούντων αὐτὸν εἰς ἐκκλησίαν Ἀθηναίων,

Ἀθηναίων, οὐκ ἂν ἔφη παρελθεῖν εἰς χωρίον ἀκάθαρτον, καὶ λύθρου μεστόν. δοκεῖτε γάρ μοι περιϊόντες, ἐπειδὴ τὰ Παναθήναια πέμπετε, μηδὲ βοῦς ἔτι, ἀλλ' ἑκατόμβας ἀνθρώπων, καταθύσειν τῇ θεῷ.

CAP. XIV.

Nefas autem quicquam horum ludorum ſpectare in veſte tinctâ; & pecunia ex ærario populo data, redimendo in theatro loco.

HOrum verò ludorum nullum fas ſpectare in veſte tinctâ; qui feciſſet, in ius rapi ad agonothetam ſolitus, eius arbitrio puniendus. Lucianus in Nigrino. ὅτι δὲ οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινὸς, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προεδρευόντων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων τὸ ἱμάτιον ἐθεώρει· τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι. καὶ τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥσπερ ἐσκεμμένους συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ, τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ, μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. Erogari verò pecunia ex ærario in populum ſolita, quâ ſibi ad ſpectandos ludos locum in theatro redimeret. Heſychius. Θεωρικὰ χρήματα, τὰ εἰς θεῶν τιμὰς καὶ ἑορτὰς διδόμενα ἐν τοῖς Παναθηναίοις, καὶ Διονυσίοις, ἅ τινα ἐν τῷ θεάτρῳ ἐδίδοτο.

CAP. XV.

Sacrum etiam ingens factum, ad quod bouem vrbes omnes, quæ coloniæ Atheniensium, mittere solitæ. Vnde visceratio quoque, & epulum, populo; in quo pocula vsitata, Παναθηναϊκὰ indigetata.

SAcra porrò etiam facta, ad quæ vrbes Atticæ omnes, siue quæ coloniæ Athenarum essent, bouem mittere immolandum tenebantur. Vnde visceratio item, & epulum, populo. Inde est illud Comici in Nubibus

Ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς, εἶτ' ἐταράχθης
Τὴν γαστέρα. ———

Vbi Scholiastes. Ἐν τοῖς Παναθηναίοις αἱ Ἀττικαὶ τοῖς Ἀθηναίοις πόλεις ἔπεμπον βοῦς. ὅθεν ἡ δαψίλεια τῶν κρεῶν. Et alius. Ἐν τοῖς Παναθηναίοις πᾶσαι πόλεις, αἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν ἀποικισθεῖσαι, βοῦν θυσόμενον ἔπεμπον. Et hîc pocula vsitata, magna illa, quæque congios binos caperent, aut plus etiam; quæ Παναθηναϊκὰ dicta. Athenæus lib. XI. Ἦσαν δὲ καὶ ὀνύχινοι σκύφοι, καὶ συνδέσεις τούτων μέχρι δικοτύλων, καὶ Παναθηναικὰ μέγιστα, τὰ μὲν δίχοα, τὰ δὲ καὶ μείζονα.

CAP. XVI.

In Maioribus eadem ferè vsitata.

HActenus mihi de minoribus Panathenæis sermo fuit, nunc maiora explicanda. In his eadem omnia acta esse existimo. Ecce, de certamine equestri, apud Xenophontem habes, in Symposio. Ἦν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. Et de gymnico, est videre apud Demosthenem Orat. Περὶ τοῦ στεφάνου· Δεδόχθαι τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, στεφανῶσαι Χαρίδημον, καὶ Διότιμον, χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι. Item in Senatusconsulto Atheniensi, quod inter Hippocratis Opera reperitur. Ἀναγορεῦσαί τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. Ac gymnasiarcha tunc è singulis tribubus vnus datus; qui pecuniam ipse de publico accipiebat, in tribules expendendam. Anonymus in Argumento Midianæ. Ἐν μὲν οὖν τοῖς μεγάλοις (Παναθηναίοις) γυμνάσιά τινα ἐγίνοντο· καὶ προὐβάλλετο ἀφ' ἑκάστης φυλῆς εἷς γυμνασίαρχος, λαμβάνων χρήματα, εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ δώσων τὰς τούτων δαπάνας τοῖς τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς. De pyrrichistis, locus est Lysiæ in Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας.

CAP.

CAP. XVII.

Nisi quod peplus tunc deductus. Sch. Aristophanis error indicatus.

QVædam tamen speciatim tunc duntaxat vsitata obseruaui. Inter hæc deductio pepli. Plato mihi disertus testis, in Euthyphrone. Καὶ δὴ καὶ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος, μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. Plautus Mercatore, Act. 1. Sc. 1.

Neque nisi quinto anno quôque posse tum visere
Vrbem, atque extemplo inde, vt spectauisset peplum,
Rus rursum confestim exigi solitum à patre.

Huc pertinet etiam fragmentum eiusdem, apud Seruium Æneid. 1.

Nunquam ad ciuitatem venio, nisi cùm infertur peplum.

Virgilius in Ciri:

Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo;
Qualis Erechthéis olim portatur Athenis,
Debita cùm castæ soluuntur vota Mineruæ,
Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro.

Harpocration. Περὶ τοῦ πέπλου, τοῦ ἀναγομένου τῇ Ἀθηνᾷ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις, οὐ μόνον παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ἐστι μνήμη, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς. Moschopulus. Πέπλος, ἐξαιρέτως ἔνδυμά τι, ὃ ἀνῆγον τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις. Itaque errat vehementer Scholiastes Aristophanis Equitibus,

bus, singulis annis, id est, minoribus Panathenæis, factum dicit. Verba eius ecce ista. Ἐπεσκευάζετο οὖν ὁ πέπλος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Παναθηναίοις.

CAPVT XVIII.

Ille verò qualis fuerit, quidve in eo intertextum. Libellus, Πέπλος *inscriptus, an sit Aristotelis Stagiritæ, per occasionem quæsitum. Deinde quo colore fuerit. Lutatij error. A quibus textus; & texturæ quæ præfectæ.* Ἐργαστῖναι. *Item quando. Scholiastæ Euripidis error.*

QValis autem peplus fuerit, non abs re facturum me existimaui, si hîc dicerem. Erat nempe velum nauis Panathenaicæ. Suidas. Ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις πέπλος τῆς Ἀθηναϊκῆς, νεώς, ὃν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ. Et intexta illi Titanomachia, resque in eâ à Mineruâ præclarè gestæ. Euripides Hecubâ.

Ἢ Παλλάδος ἐν πόλει
Τᾶς καλλιδίφρου Ἀθα-
ναίας, ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ-
λουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.
Ἢ Τιτάνων γενεὰν,
Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ κοιμίζει
Φλογμῷ Κρονίδας.

Scholiastes Aristophanis Euitibus, vbi de peplo. Ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ Ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθηνᾶ. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς. Quæ totidem quoq; verbis Suidas. Virgilius Ciri.

Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ,
Magna gigantéis ornantur pepla tropæis,
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco.
Additur auratâ deiectus cuspide Typho,
Qui priùs, Ossæis consternens æquora saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale deæ velum solenni in tempore portant.

Scholiastes Euripidis Hecubâ. Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις ὑφαίνειν τὰς παρθένους τῇ Ἀθηνᾷ πέπλον, ἔχοντα τὰς ἀριστείας τῆς θεοῦ, πολεμικῆς οὔσης, καὶ ἃ κατὰ γιγάντων ἐπράξατο μετὰ τοῦ Διός. Proclus in Timæum Platonis, Comment. I. Ὁ τῶν Παναθηναίων πέπλος ἔχει τοὺς γίγαντας νικωμένους ὑπὸ τῶν Ὀλυμπίων θεῶν. Erant prætereà etiam intexta, quæ alij viri excellentes fortiter fecissent. Seruius ad Æneid. I. *Peplum Mineruæ consecratum erat. In hoc depingebantur ex more apud Athenienses, qui strenuè se in bello gessissent.* Inde est, quod tales qui essent, ἄξιοι τοῦ πέπλου dicantur ab Aristophane Equitibus.

Εὐλογῆσαι βουλόμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι, καὶ τοῦ πέπλου.

Inde quoque Aristotelis libellus, virorum præstantissimorum elogijs pepli instar intertextus,

Πέπλος

Πέπλος ab eo inſcriptus fuit. Euſtathius ad Iliad. β'. Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος, ὅπερ ἐκλήθη Πέπλος. Sed an Ariſtoteles ille Stagirites? vt per occaſionem hoc dicam, valdè ambigo. Neque enim à Diogene Laërtio inter Opera eius recenſetur. Deinde diſertè alium quendam Ariſtotelem auctorem facit Ioannes Tzetzes in Heſiodum, lib. I. Ἀριστοτέλης γὰρ, ἢ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ, οἶμαι, ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας. Sed hoc ἐν παρόδῳ. Poſteà per adulationem ſciuerunt quoque Athenienſes, vt Antigonus & Demetrius ibi item intexerentur. Plutarchus teſtatur in Demetrio. Ἐνυφαίνεσθαι δὲ τῷ πέπλῳ μετὰ τῶν θεῶν αὐτοὺς (τὸν Ἀντίγονόν τε καὶ τὸν Δημήτριον) ἐψηφίσαντο. Sed id Dijs iratis factum, mox apparuit. Narrat enim Plutarchus ibidem non multò poſt. Ἐπεσήμαινε δὲ τοῖς πλείστοις τὸ θεῖον. ὁ μὲν γὰρ πέπλος, ὥσπερ ἐψηφίσαντο, μετὰ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἀθηνᾶς προσενυφηναμένων Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον, πεμπόμενος διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ, μέσος ἐρράγη, θυέλλης ἐμπεσούσης. Erat verò colore candido, clauis aureis interſtinctus, ac ſine manicis. Lutatius ad Theb. X. *Peplum eſt veſtis candida, aureis clauis picta, ſine manicis, quod ſimulacris ſiebat. Sed hoc peplum primum ab Athenienſibus inſtitutum, quod matronæ ſuis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Ad colorem quod attinet, eum croceum fuiſſe Euripides tradit, in citato Hecubæ loco.

—— Ἐν κροκέῳ πέπλῳ

ζεύξομαι ἅρμασι πώλους,
Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ-
λουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.

Niſi fortè ita dixerit ob clauos aureos, quibus interſtinctus erat. Atque hoc verum eſſe poteſt. Sed non ſemel errat Lutatius; nam neque matronæ texebant, ſed virgines, vt ſtatim dicemus: deinde non Dijs quibuſuis offerri ſolebat, ſed Mineruæ tantùm vni. Texebant autem virgines aliquot, quibus præfectæ duæ ex illis, quæ Ἀῤῥηφόροι nuncupatæ. Etymologici Auctor. Ἀῤῥηφόροι, ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ μέχρις ἕνδεκα. τούτων δὲ δύο διεκρίνοντο, αἳ διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ ἱεροῦ πέπλου ἤρχοντο καὶ τῶν περὶ αὐτόν. Quæ totidem verbis Harpocration etiam tradit in Ἀῤῥηφορεῖν. Illæ verò, quæ texebant, Ἐργαστῖναι dicebantur. Heſychius. Ἐργαστῖναι, αἳ τὸν πέπλον ὑφαίνουσαι. Ac texturam ordiebantur die Pyanepſionis menſis triceſimo, quo τὰ Χαλκεῖα celebrabantur. Etymologici Auctor in Χαλκεῖα. Ἔστι δὲ ἕνη καὶ νέα Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ καὶ ἱέρειαι μετὰ τῶν ἀῤῥηφόρων τὸν πέπλον διάζονται. Ergo errat Scholiaſtes Euripidis Hecubâ, qui Panathenæis texi conſueuiſſe nobis Auctor. Ὕφαινον δὲ (τὸν πέπλον) ἐν τοῖς Παναθηναίοις.

CAP.

Cap. XIX.

Cum magnâ pompâ deduci ſolitus; quæ extra Vrbem inſtituta, in Ceramico; idque iuxta Leocorium, quod ibi erat. Pompæ deſcriptio. Peplus è naui ſuſpenſus, quæ Mineruæ apparata, per Ceramicum ad Cereris Eleuſiniæ templum ducebatur. Et nauis illa terrâ ibat, inſtrumentis ſubterraneis prouoluta, implente ſinum vento ſecundo; quam in rem Virgilij locus illuſtratus. Mox templum Cereris circumuecta, præter murum Pelaſgicum, & Apollinis Pythij templum, in locum ſuum perducebatur. Inde peplus in arcem ductus, præter Mercurios, vnde tabulatum ibi Ariſtagoræ à Demetrio collocatum. Eius partes inferiores ſi contaminari fortè contigiſſet, erat deſtinatus quidam, qui ablueret, καταvίπτης *appellatus. Mox Mineruæ ſimulacro inſternebatur, cui è floribus lectus apparatus erat,* Πλακὶς *dictus.*

PEplum iſtum ingens pompa proſecuta, quam ſpectemus. Inſtrui eam extra vrbem moris erat. Frontinus Strateg. lib. IV. cap. VII. *Athenienſes, cùm ſubinde à Lacedæmonijs infeſtarentur, diebus feſtis, quos Mineruæ ſacros extra vrbem celebrabant,* (deſignat hæc Panathenæa.) *omnem quidem colentium imitationem expreſſerunt, armis tantùm veſte celatis.* Et quidem in Ceramico. Thucydides lib. VI. Καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ (τῶν μεγάλων

Παναθηναίων) Ἱππίας μὲν ἔξω ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει, ὡς ἕκαστα ἐχρῆν τῆς πομπῆς προϊέναι. Idque iuxta Leocorium. Disco ex eodem Thucydide, lib. I. Τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες, περὶ τὸ Λεωκόρειον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. Erat verò illud in medio Ceramico. Hesychius. Λεωκόρειον, τῶν Λεὼ θυγατέρων μνημεῖον, τὸ καλούμενον Λεωκόρειον, ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. Vniuersa autem pompæ ratio hæc erat. Suspendebatur è naui, Mineruæ apparatâ, peplus, de quo nobis dictum; eumque per Ceramicum totum, vbi pompam institutam iam ostendi, vsque ad Cereris Eleusiniæ templum deducebant. Suidas. Παρὰ Ἀθηναίοις πέπλος, τὸ ἄρμενον τῆς Παναθηναϊκῆς νεώς, ὃν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ πενταετηρίας. ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ Ἐλευσινίου. Per Ceramicum ductum peplum, Plutarchi etiam verba ostendunt in Demetrio. Ὁ μὲν γὰρ πέπλος, ὥσπερ ἐψηφίσαντο, μετὰ τοῦ Διὸς τῆς Ἀθηνᾶς προσενυφαινομένων Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον, πεμπόμενος διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ, μέσος ἐρράγη. Ibatque nauis illa non mari, sed terrâ. Heliodorus Æthiopic. lib. I. Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὅτε τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι ἐπὶ γῆς τῇ Ἀθηνᾷ πέμπουσιν. Scholiastes Aristophanis Pace. Τῇ δὲ Ἀθηνᾷ ἤγοντο (τὰ μεγάλα Παναθήναια) διὰ πέντε ἐτῶν, ὅτε καὶ ἡ ναῦς ἐπὶ γῆς πλέει παρ' αὐτοῖς. Ac trahebatur non iumentis, quod malè viri quidam docti opinantur; sed per machinas subterraneas, remis impulsa,

pulſa, voluebatur per Ceramicum ad Cereris Eleuſiniæ templum, vbi dixi: idque circumuecta, præter murum Pelaſgicum, & Apollinis Pythij templum, in locum ſuum deducebatur. Philoſtratus in Herode, Sophiſt. lib. II. Κἀκεῖνα περὶ τῶν Παναθηναίων τούτων ἤκουον, πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς, ἡδίω γραφῆς, σὺν οὐρίῳ τῷ κόλπῳ· δραμεῖν δὲ τὴν ναῦν, οὐχ ὑποζυγίων ἀγόντων, ἀλλ' ὑπογείοις μηχαναῖς ὑπολισθαίνουσαν. ἐκ Κεραμεικοῦ δ' ἄρασαν χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ἐλευσίνιον. καὶ περιβαλοῦσαν αὐτὸ, παραμεῖψαι τὸ Πελασγικὸν, κομιζομένην παρὰ τὸ Πύθιον, ἐλθεῖν οἷ νῦν ὥρμισται. Et implebatur ſinus vento ferente. Vides in iſtis Philoſtrati verbis. Ἤκουον, πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς, ἡδίω γραφῆς, σὺν οὐρίῳ τῷ κόλπῳ. Atque hoc eſt, quod Virgilius in Ciri intellexit, cùm ait.

—— peplo,
Qualis Erechthéis olim portatur Athenis,
Debita cùm caſtæ ſoluuntur vota Mineruæ,
Tardaq́; confecto redeunt quinquennia luſtro,
Cùm leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere curſum.

Inde in arcem itum fuit, præter Mercurios; qui Athenis locus quidam, vt nuper oſtendi, Attic. Lect. lib. VI. cap. XVIII. Hinc eſt, quod tabulatum ibi amaſiæ ſuæ Ariſtagoræ, vt ſpectaret commodiſſimè, Demetrius poſuit. Athenęus lib. IV. Τοῖς δὲ Παναθηναίοις, ἵππαρχος ὤν, ἴκριον ἔστησε πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς Ἀρισταγόρᾳ, μετεωρότερον τῶν Ἑρμῶν. In arcem deductum peplum fuiſſe, ex Platone manife-

manifestum, cuius iste locus Euthyphrone. ὁ πέπλος, μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. Quod si inter deducendum partes fortè inferiores inquinari contigisset, erat constitutus aliquis, qui purgaret, Καταυνίπτης appellatus; & munus illud inter sacra numeratum. Etymologici Auctor. Καταυνίπτης, ἡ ἐπώνυμόν τινος, ἡ ἱερωσύνη Ἀθήνησιν, ὁ τὰ κάτω τοῦ πέπλου τῆς Ἀθηνᾶς ῥυπαινόμενα ἀποπλύνων. In arcem verò cùm deduxissent, Mineruæ simulacro insternebant. Licet colligere è Polluce, lib. VII. cap. XIII. Καὶ ὅτι μὲν ἐπίβλημά ἐστι, τεκμήραιτ' ἄν τις ἐκ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς πέπλου. Hoc quoq; innuunt ista Lutatij ad Theb. lib. X. *Peplum est vestis candida, aureis clauis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat.* Cui Mineruæ simulacro lectus ille, floribus stratus, quique Πλακὶς dicebatur, paratus fuisse videri potest. Meminit eius lecti Hesychius. Πλακὶς, κλινίδιον κατεσκευασμένον ἐξ ἀνθῶν τῇ ἑορτῇ τῶν Παναθηναίων.

CAP. XX.

In pompâ senes ambulabant, cum oleæ ramo; vnde Θαλλοφόροι dicti. Hesychij locus restitutus. Illi autem ad hoc lecti, qui florente formâ essent. Aristophanis dicterium. Grammaticorum error. Etiam anus, pariter ac senes, deducebant.

IN hâc pompâ omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo incedebat. Primò senes ramum oleæ gestantes, vnde Θαλλοφόροι illi nuncupati. Etymologici

logici Auctor. Θαλλοφόρος, ὁ πομπεύων Ἀθήνησι τοῖς Παναθηναίοις, καὶ ἐλαίας κλάδον φέρων. λέγουσι δὲ καὶ γέροντας θαλλοφόρους, πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους, ἢ πρὸς τὸ θαλλὸν φέρειν. Corruptus hâc in re Hesychius. Θαλλοφόρος, ὁ πομπεύων Ἀθήνησι τοῖς Παναθηναίοις, καὶ ἐλαίας κλάδον φέρων. λέγει δὲ καὶ γέροντας θαλλοφόρους, πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους, ἢ πρὸς τὸ θάλλειν. Restituo verba illa postrema. Ἢ πρὸς τὸν θαλλόν. Eustathius ad Odyss. ζ΄. Καὶ θαλλοφόροι δέ τινες ἦσαν ἐν Ἀθήναις. τοιοῦτοι δ᾽ ἐν τισιν ἑορταῖς οἱ γεραίτατοι. Iterum ad Odyss. ρ΄. Θαλλοφόρος, παροιμιακῶς, ὁ πρὸς μηδὲν χρήσιμος ἄλλο, ἢ βοσκήμασι θαλλὸν παραβάλλειν. Dicunt Grammatici, senes fuisse ad nullam rem aliam vtiles, ceu decrepitos; idque hauserunt ex dicterio Comico Aristophanis Vespis.

Οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος
Χρήσιμος ἐστ᾽ οὐδ᾽ ἀκαρῆ.
Σκωπτόμενοι γὰρ αὖ ἐν
Ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις
Θαλλοφόροι καλούμεθ᾽.

Vbi Scholiastes. Θαλλοφόρους γὰρ ἔφη, βουλόμενος τοὺς γέροντας δηλῶσαι. ἐπειδὴ ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. Falluntur autem, dum dicterium istud Comici, quo irridet ille senes, veritatem putauere. Nam mos legi, quibus forma adhuc florens, & qui benè ætatem ferrent. Xenophon mihi in Symposio testis valdè luculentus. Ἀλλ᾽ οὐδὲ μέντοι ταύτῃ γε ἀτιμαστέον τὸ κάλλος, ὡς ταχὺ παρακμάζον. ἐπεὶ ὥσπερ γε παῖς γίγνεται καλός, οὕτω καὶ μειράκιον, καὶ ἀνήρ, καὶ πρεσβύτης.

τεκμήριον δὲ, Θαλλοφόρους δὴ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται. Et è Xenophonte Iuncus lib. De Senectute, apud Stobæum Serm. CXII. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ εὐπρεπὲς παραμένει αὐτοῖς, (de senibus loquitur) ὥστε καὶ κατὰ ἀγορὰν, καί που ἐν θεάτροις ὀφθέντες, οἷα δὴ ἐν ἀγέλῃ βοῶν καὶ ἵππων, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῆς ἀγέλης, τὸ εὐπρεπὲς παρέχουσι δῆλον τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς. μάλιστα δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς θύοντες ἐστεφανωμένοι, περιβλεπτότεροι τῶν ἱερῶν γίνονται. ὅ, τε νόμος αὐτοὺς ἐκείνους χειροτονεῖ τῇ Ἀθηνᾷ, ὥς φησὶ Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος, θαλλοφόρους. Nec senes tantùm in hâc pompâ cum oleæ ramo, sed & anus. Scholiastes Aristophanis citatis Vespis. Ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. ὡς οὖν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν, ἔξω τοῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐπέσκωψεν. ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου ποτὲ, καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπείληφε θαλλοφορεῖν.

Cap. XXI.

Viri quoq; ætate florentes, ijq; cum armis; & mulieres. Illos inquilini secuti, cum ligonibus, Σκαφηφόροι *nuncupati; istas, eorum uxores, cum hydriâ,* Ὑδριαφόροι *dictæ. Aelianus restitutus, & Hesychius illustratus.*

INde viri, ætate florentes, ijque cum armis. Hinc illud Thucydidis, lib. VI. Καὶ αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πρὸς τοὺς ξυνεπιθησομένους τῷ ἔργῳ ἐπέπρακτο· περιέ-

περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας ἀθρόους γενέσθαι. Et quidem cum clypeo, atque haſtâ. Ille ipſe mox, in re eâdem. Μετὰ γὰρ ἀσπίδος, καὶ δόρατος, εἰώθεσαν τὰς περιπομπὰς ποιεῖν. Atque hos inquilini ſequebantur, cum ligone; vnde etiam Σκαφηφόροι appellati. Huc pertinet Heſychij locus. Σκαφηφόροι, οἱ μέτοικοι οὕτως ἐκαλοῦντο· σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναίοις. Deinde fœminæ comitabantur; quas ſecutæ inquilinorum vxores, hydriam ferentes. Clarum eſt ex Æliano, Var. Hiſt. lib. VI. cap. I. Ἀθηναῖοι δὲ ὕβριζον καὶ ἐκείνην τὴν ὕβριν· εὐτυχίας γὰρ λαβόμενοι, τὴν εὐπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. τὰς γοῦν παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις· τὰς δὲ γυναῖκας, ταῖς γυναιξί. τοὺς δὲ ἄνδρας, σκαφηφορεῖν. Quæ poſtrema ſanè verba mutila cenſeo, ac reſtituendum omninò. Τοὺς δὲ ἄνδρας, σφίσι σκαφηφορεῖν. Nam ciues viros ſequebantur inquilini cum ligone; mulieres verò, virgineſque, illorum vxores, filiæque: illæ, cum hydriâ; iſtæ, cum vmbellâ, ac ſellâ, vt ſtatim dicam. Vt autem in inquilinis viri ab hoc opere Σκαφηφόροι, ita mulieres Ὑδριαφόροι nuncupatæ. Pollux docet, lib. III. cap. IV. Σκαφηφόροι. οὕτω τοὺς μετοίκους ὠνόμαζον. καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, Ὑδριαφόρους. ἀπὸ τοῦ ἔργου ἑκατέρους. Et de mulieribus capiendum iſtud in Heſychij gloſſis. Ὑδριαφόροι. μέτοικοι.

CAP. XXII.

Et ephebi, pæana canentes; cum coronâ, ac chlamyde. Ea corona è milio erat, chlamys nigra; idque quare, & quàm diu: inde alba, & à quo id institutum.

VIros subsequuti ephebi chlamydati, & coronati, pæanem deæ proprium canebant. Heliodorus Æthiopic. lib. I. Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὅτε τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι ἐπὶ γῆς τῇ Ἀθηνᾷ πέμπουσιν, ἐτύγχανον μὲν ἐφηβεύων, ᾄσας δὲ τὸν εἰωθότα παιᾶνα τῇ θεῷ, καὶ τὰ νενομισμένα προπομπεύσας, ὡς εἶχον στολῆς, αὐτῇ χλαμύδι, καὶ αὐτοῖς στεφάνοις, ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἐμαυτόν. Coronam eorum milij ramos fuisse arbitror; qualem in alijs quoque pompis habuisse animaduerto. Hesychius. Μίλιον, δένδρον ὅμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσιν ἐν ταῖς πομπαῖς. Chlamys verò, quâ induti, nigra erat; propter luctum ob mortem Coprei, quem ab aris Heraclidas auellentem Athenienses interfecerant. idque obtinuit ad Herodem vsque Atticum, qui in albam commutare eam iussit. Accipio ex Philostrato in Herode hoc, quem dixi, Sophist. lib. II. Μετεκόσμησε δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐφήβους εἰς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκάς. τέως γὰρ δὴ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, καὶ τὰς πομπὰς (de Panathenæis illi sermo est) ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Ἀθηναίων τὸν κήρυκα

τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τοὺς Ἡρακλείδας τοῦ βωμοῦ ἀποσπῶντα.

CAP. XXIII.

Denique virgines procedebant, cum caniſtris; vnde Κανηφόροι *dictæ. His iniecta velamenta,* Ἐρσιανίδες *appellata. Adſeruata verò ab illis, qui* Ἀρχιθέωροι *dicti, eamq́ in rem Andocidis locus reſtitutus. Et pompa inſtante hi inter virgines diſtribuebant; caſtitati, priùs quàm id facerent, per aliquot dies operam dantes. Virgines autem è primatibus iſtæ erant; ſororq́ Harmodij contumeliâ hîc affecta. Cum virginibus filiæ inquilinorum ibant pro pediſſequis; & vmbellam, ac ſellam, ferentes: vnde etiam* Διφροφόροι *nuncupatæ.*

POſt hos virgines ſequebantur, cum caniſtris; in quibus ea, quæ ad ſacra facienda neceſſaria: vnde illæ Κανηφόροι appellatæ. Heſychius. Κανηφόροι. ἐν ταῖς πομπαῖς αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι ἐκανηφόρουν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναίοις. Idque à tempore Erichthonij, vt initio commemoraui, vſitatum. Harpocration in Κανηφόροι. Περὶ τῶν κανηφόρων Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος φησὶν, ὡς Ἐριχθονίου βασιλεύοντος πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ, ἐφ᾽ οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, τοῖς τε Παναθηναίοις, καὶ ταῖς

 πομπαῖς.

πομπαῖς. Et iniecta his caniſtris velamenta, Ἰσριανίδες nuncupata. Heſychius. Ἰσριανίδες, αἱ Σκυθικαὶ στολαί. καὶ παρὰ Ἀθηναίοις σκεπάσματα, οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερὰ κανᾶ. Aſſeruari autem illa, ut reliqua pompæ inſtrumenta, ſolita apud eos, qui Ἀρχιθέωροι dicti. Obſeruare eſt apud Andocidem Orat. Κατ' Ἀλκιβιάδου. Τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε. Quem locum, inſigniter corruptum, ſic reſtituendum cenſeo. Ὡς εἰς τἀπινίκια τῇ προτέρᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος. Et hi, cùm inſtaret pompa deducenda, inter virgines laturas diſtribuebant; ſed eorum tanta veneratio erat, vt, priuſquàm ea attingerent, aliquot dies caſtitati operarentur. Clarum è Demoſthenis verbis, in extremâ Ariſtocratéâ. Ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. Ἀνδροτίων, ὦ γῆ, καὶ θεοί. καὶ τοῦτο τὸ ἀσέβημα ἔλαττόν τινος ἡγεῖσθε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δεῖν, τὸν εἰς ἱερὰ εἰσιόντα, καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψόμενον, καὶ τῆς πρὸς θεοὺς ἐπιμελείας προστάτην ἐσόμενον, οὐχι προειρημένων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἁγνεύειν μόνον, ἀλλὰ τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων, οἷα τούτῳ βεβίωται. Erant verò, quæ caniſtra hæc portabant, virgines planè primariæ; neque is honos qualibuſcunque habebatur. Heſychius. Αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι ἐκανηφόρουν τῇ θεῷ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναίοις. οὐ πάσαις δὲ ἐφεῖτο κανηφορεῖν. Et Harpocration. Κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ. Itaque Harmodij ſoror, tamquam hoc hono-

honore indigna, ab Hipparcho reiecta per contumeliam fuit. Thucydides lib. VI. Τὸν δ' οὖν Ἁρμόδιον (ὁ Ἵππαρχος) ἀπαρνηθέντα τὴν πείρασιν, ὥσπερ διενοεῖτο, προὐπηλάκισεν. ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν, κανοῦν οἴσουσαν· λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι. Maximus Tyrius Differt. VIII. Καὶ ἀδελφὴν Ἁρμοδίου, Παναθηναίοις ἥκουσαν ἐπὶ τὴν πομπὴν, κανηφοροῦσαν, ἐξήλασεν ἐπ' ἀτιμίᾳ. Meminit etiam Plato Hipparcho. Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν χαριεστέρων ἀνθρώπων καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ γενέσθαι οὐ διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς (τοῦ Ἁρμοδίου) ἀτιμίαν, τῆς κανηφορίας. ἐπεὶ τοῦτό γε εὔηθες. ἀλλὰ τὸν μὲν Ἁρμόδιον γεγονέναι παιδικὰ τοῦ Ἀριστογείτονος, καὶ πεπαιδεῦσθαι ὑπ' ἐκείνου. Sequebantur autem virgines has pedissequæ, quæ vmbellam, & sellam, ferrent. Obseruare, ecce, licet apud Aristophanem Auibus.

> Φέρε μοι σκιάδιον, ἵνα με κἂν ὁ Ζεὺς ἴδῃ
> Ἄνωθεν, ἀκολουθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.

Ad quem locum Scholiastes. Ταῖς γὰρ κανηφόροις σκιάδιον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖν τις ἔχουσα. Quæ totidem verbis Suidas in Δίφρος. Erant verò hæ pedissequæ inquilinorum filiæ. Clarum ex Harpocratione, in Σκαφηφόροι. Προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν, ὑδρεῖα, καὶ σκιάδια. Et ex Æliano, Var. Hist. lib. VI. cap. I. Τὰς γοῦν παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον (οἱ Ἀθηναῖοι) ταῖς ἑαυτῶν κόραις. Atque illæ, à sellâ, quam ferebant, Διφροφόροι indigetatæ. Etymologici

logici Auctor. Διφροφόροι, αἱ ταῖς κανηφόροις εἵποντο, δίφρους ἐπιφερόμεναι. Quæ apud Hesychium quoque habes, totidem verbis. Estque mentio etiam earum apud Hermippum in Comœdiâ, Θεοὶ inscriptâ.

—— ὥσπερ αἱ κανηφόροι
Λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμέναις,
Ἐγὼ δ᾽ ἕνεκα τῶν ψαλάθων τὴν διφροφόρον.

Et Nicophon Χειρογαστόρων γέννᾳ.

—— αὐτὸς ὀλίγον γ᾽ ἄγαγ᾽ ἀπὸ
Τῆς διφροφόρου, χρηστὸς εἶ, καὶ κόσμιος.

Cap. XXIV.

Agmen pueri claudebant, tunicis amicti, quæ Πανδαμικοὶ *nuncupatæ. Curam verò pompæ omnem* οἱ Νομοφύλακες *sustinebant, fasciâ albâ coronati. Pollucis locus emendatus. Vbi instrui pompa solita.* Πομπεῖον.

AN & pueri in hâc pompa? Speciatim nusquam inuenio; sed fuisse, vt in cæteris, non est dubium: nam in omnibus indistinctè etiam ibant, idque tunicis induti, quæ Πανδαμικοὶ nominatæ. Occurrit in Hesychij Glossis. Πανδαμικοὶ, παιδικοὶ χιτῶνες ἐν ταῖς πομπαῖς. Habes pompam vniuersam, ordine suo explicatam; Nunc dicendum, penes quosnam instruendæ eius cura; deinde, vbi instrui solita. Ac curam quidem

quidem instruendæ οἱ Νομοφύλακες sustinebant, fasciâ albâ redimiti. Pollux lib. VIII. cap. VIII. sect. VII. Ἵππαρχοι δὲ δύο, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων αἱρεθέντες, ἐπιμελοῦνται τῶν πολεμίων. οἱ δὲ φύλαρχοι, δέκα· εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τῶν ἱππέων προΐστανται. καθάπερ οἱ ταξίαρχοι τῶν ὁπλιτῶν. νομοφύλακες μὲν, ἐστεφάνωνται στροφίῳ λευκῷ. τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῷ θεῷ. Quem locum, luxatum, corruptumque, sic restituendum censeo. ἐ. τῶν πολέμων. τῶν ἱππέων προΐστανται, καθάπερ οἱ ταξίαρχοι τῶν ὁπλιτῶν. οἱ δὲ φύλαρχοι, δέκα· εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης. νομοφύλακες μὲν, ἐ. ς. λ. Et in fine, π. πέμπουσι τῇ θεῷ. Nam pompam hanc Mineruæ intelligit, quæ ἡ θεὸς simpliciter, & κατ᾽ ἐξοχὴν, ab Atheniensibus dicebatur, vt notum Græcæ linguæ peritis. Instrui autem illic solita, vbi reliquæ. Erat enim ædificium quoddam Athenis, instruendis pompis proprium, vrbi ingressis à Piræeo, prope Cereris. Obseruo apud Pausaniam Atticis. Εἰσελθόντων δὲ εἰς τὴν πόλιν (ἐκ Πειραιῶς) οἰκοδόμημα ἐς παρασκευήν ἐστι τῶν πομπῶν, ἃς πέμπουσι τὰς μὲν ἀνὰ πᾶν ἔτος, τὰς δὲ καὶ χρόνου διαλείποντος. καὶ πλησίον ναός ἐστι Δήμητρος. Et accuratè attendenti totum illum Pausaniæ locum apparebit, fuisse inter portam Piraicam, ac sacram.

CAP. XXV.

Deinde Homeri quoque carmina à rhapsodis recitata; idq́ à quo institutum.

PRæter pompam hanc, etiam rhapsodi carmina Homeri recitabant. Lycurgus Orat. in Leocratem. Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. ἐπίδειξιν ποιούμενοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὅτι τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων προῃροῦντο εἰκότως. Institutum id ab Hipparcho, Pisistrati F. Plato testis in Hipparcho, vbi de eo verba facit. Ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί. καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διϊέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. Et Ælianus, Var. Hist. lib. VIII. cap. II. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων οὗτος, καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν.

CAP. XXVI.

Coronæ quoque honoris ergo aureæ datæ, publicè in certamine gymnico per præconem pronuntiabantur. Præco etiam Atheniensibus pariter atque Platæensibus benè vt esset precabatur; idq; quando institutum. Captiui quoq; dimitti soliti.

QVin honore quos insigni affectos vellent, coronam auream his donabant; idque publicè per præconem in gymnico certamine pronuntiabant. Apparet ex Senatusconsulto Atheniensium, in hoc Opere semel à me, iterumque, allegato. Δεδόχθαι τῷ δήμῳ μυῆσαι αὐτὸν τὰ μυστήρια τὰ μεγάλα, καθάπερ Ἡρακλέα τὸν Διός. καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν στεφάνῳ χρυσῷ, ἀπὸ χρυσῶν χιλίων. ἀναγορεῦσαί τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. Et ex altero, quod exstat in Inscriptionibus Antiquis, pag. CCCCV. ΤΟΤΕ ΠΡΩΤΟΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΤΙΜΗΘΗΝΑΙ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΝΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝΩΙ ΕΝ ΤΩΙ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΘΕΑΤΡΩΙ. Estque hâc ipsâ de re insignis locus Demosthenis, Orat. Περὶ τοῦ στεφάνου. Δεδόχθαι τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, στεφανῶσαι Χαρίδημον, καὶ Διότιμον, χρυσῷ στεφάνῳ. καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι. Præterea in his, vt in alijs item festis quin-

quennalibus, præco Atheniensis conceptis verbis precabatur, vt Atheniensibus pariter, ac Platæensibus, benè esset; idque à pugnâ Marathoniâ institutum, in quâ illi, in sinistro cornu positi à Miltiade, fortiter fecerant. Hoc accipimus ex Herodoto, lib. VI. τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιέες. ἀπὸ ταύτης γάρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων ἐς πανηγύριας τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κῆρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι. Ad extremum captiuos etiam vinculis soluere tunc permissum. Vlpianus in Demosthenis Timocratéam. κατὰ πέντε ἔτη ἤγετο τὰ Παναθήναια. τότε δὲ ἐξῆν ἀφεῖσθαι τοῦ δεσμοῦ τοὺς δεσμώτας, διὰ τὴν πανήγυριν.

CAPVT XXVII.

Qui cætera festa quinquennalia curabant, Ἱεροποιοὶ appellati, Panathenæa hæc non curabant; quæ etiam à Themistocle exule celebrata. Deniq; eorum mystica ratio.

ILlud autem, priùs quàm finiam, minimè mihi prætereundum; cùm festa cætera quinquennalia οἱ Ἱεροποιοὶ curarent, sola eos Panathenæa non curasse. Etymologici Auctor in Ἱεροποιοί. Καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι, πλὴν Παναθηναίων. Etiam illud admonendum, Themistocli

exuli

exuli apud Magnesios celebrata. Athenæus lib. XII. Πόσις δ' ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν, τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν λαβόντα, θῦσαι Ἀθηνᾷ, καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάζαι. Mysticam verò instituti huius festi rationem Proclus tradit, in Timæum Comment. I. Ἡ δὲ τῶν Παναθηναίων (ἑορτὴ ἔοικε δηλοῦν) τὴν ἀπὸ τοῦ νοῦ καθήκουσαν διάταξίαν εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν διάκρισιν τὴν ἀσύγχυτον τῶν κοσμικῶν ἐναντιώσεων. φιλόσοφος γὰρ ἅμα καὶ φιλοπόλεμος ἥδε ἡ θεός.

FINIS.

OMISSVM.

Pag. 20. *in fine capitis* XII. *vbi adde.* Porrò triremibus apud Sunium quoque certatum. Luculentus Lysiæ locus in hanc rem est, quem citare initio capitis iam incœpi, ex Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυρριχισταῖς ἀγενείοις, καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς. νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἁμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ, ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς.

INDEX AVCTORVM,

Qui hîc Citantur, illuſtrantur, emendantur.